

majorem, modò minorem sphaeram Jurisdictionis Episcopo assignare. Quòd si ergo dispensative concedat, ut unus Episcopus duas habeat Ecclesias, tantum concedit, ut habeat Ecclesias materialiter duas, hoc est, plures numerò fideles, non etiam, ut habeat Ecclesias formaliter duas: quia ex duobus Episcopatus quodammodò fit unus, sicut ex

duobus Regnis quodammodò evadit unum, quando unus utriusque praesit. Neque Jus Divinum hoc pacto mutatur formaliter, sed tantum materialiter. Quod seorsus est in matrimonio carnali, ubi, cum S. Pontifex non habeat Jus in corpora humana, nequit efficere, ut uni liceat duas habere uxores.

SECTIO II.

De Requisitis ad Translationem.

SUMMARIA.

35. Ad Translationem opus est auctoritate Superioris. 36. Episcopus transfert S. Pontifex. 37. & seq. Praelatos inferiores transfert Episcopus. 39. Aut Capitulum Sede vacante. 40. & seq. Opus est etiam iustitia causa. 45. & seq. An valeat sine causa? Disputatur. 47. Insuper

opus est consensu transferendi. 48. & seq. Invidius, extra casum necessitatis aut utilitatis publicae, non transfertur. 53. & seq. Demum opus est, ut translatio fiat à minori ad majorem dignitatem. 57. Ex dispensatione potest aliud fieri.

§. I.

De Auctoritate Superioris.

35. AD hoc, ut ritè fiat Translatio, plura requiruntur. Primum est Auctoritas Superioris, sine qua, si Episcopus transeat, utraque Ecclesia privatur cap. quàmò 3. h. t. Sin alius transeat, communione tandiu privatur, donec redierit; & si successor interea in prima fuerit Ecclesia substitutus, non potest de fungi officio, quàm diu ille successor vixerit. cap. si quis Presbyter 24. VII. q. 1. Krimer h. t. num. 205. 2. & 2. seqq. 36. Episcopus & Praelatos majores transfert de Jure solus Pontifex. Textus stringentes in cap. 1. 2. 3. & 4. h. t. Ratio est: quia potestas, in Jure Divino (materialiter) dispensandi, de Jure soli competit Romano Pontifici, ut pote cui, tanquam Vicario Christi, solummodò claves Caelorum, & eminentis illa ligandi solvendi que potestas est commissa.

Inferiores Praelatos potest transferre Episcopus; vel, si exempti sint, Sedis Apostolicae Legatus. Textus in num. 12. jam produximus. Ratio est: quia ligamen spiritualis; & connubiales Praelati non habent. Ergo ratio nulla obstat, quò minus Episcopus, vel Legatus Apostolicus, sicut illorum tam institutiones & destruktionen facere, quam resignationes acceptare, sic & illos ad alias Ecclesias transponere valeat.

Possintne Capitulum Sede vacante Praelatos inferiores transferre? Aliqui cum Glossa in cap. cum olim 14. de M. & O. insistant. Ego affirmativam verissimam sententiam, quia Translatio non est actus alienationis, ut illi putant arg. cap. si Religiosus 27. de Elect. in 6. sed jurisdictionis per d. cap. cum olim, in quam Capitulum succedit. P. König h. t. sub n. 9. P. Schmalzgrueber n. 5.

§. II.

De Iustitia Cause.

40. ALTERUM Translationis requisitum est iustitia causa, quae duplex, utilitas & necessitas cap. mutationes 34. cap. si quis frater 35. cap. si quis alterius 39. VII. q. 1. Utilitas est, quando spes majoris fructus & lucri spiritualis in Ecclesia, ad quam aliquis transferretur, quam in Ecclesia, à qua transferretur, subest. Necessitas est, quando Praelatus nequit amplius convivere suis ovis, aut propter aëris intemperiem; aut propter incursum & occupationem hostium; aut ob persecutionem ipsorum subditorum. Gonzalez ad cap. cum ex illo 1. h. t. n. 13. Pignatell. tom. 4. consilii. 137. num. 18. & 19. Ethae causae, priusquam admittatur Translatio, debent esse probatae; & quidem, si Episcopus sit invitus (de quo in num. 51.) concludentes ac rigorose probationes; sin autem sit volens, cum nemini tunc

fiat injuria, leviores desiderantur. Pignatell. d. l. n. 21. An valida sit Translatio Episcoporum, quae sine causa necessitatis aut utilitatis peragitur? Latè disputat Fagnanus in cap. quàmò 3. h. t. à num. 58. sententiam negativam affirmativam in num. 74. praesertendò. Cujus principalis ratio est: quia dispensatio, quae Jus Divinum immutat, absque causa subsistere nequit: in tantum enim à Christi in terris Vicario relaxari potest vinculum Divinae Legis, in quantum DEUS consentire praesumitur. Sed DEUS absque causa nil agit, nilque de sua ordinatione sine ratione relaxat. Ergo &c.

Huic disputationi me impraesentiarum non addimmitto, sed ad dicta de Jure Legali cap. 5. à num. 261. me remitto; firmiter mihi cum Fagnano cit. num. 74. persuasum habens, casum

sum vix evenire posse, in quo Translationem sine iustitia causae permiserit Pontifex: quia in negotiis majoris momenti, quale utique

est Episcoporum Translatio, magna cum circumspectione & maturitate consuevit procedere.

§. III.

De Consensu Transferendi.

47. TERTIUM requisitum est consensus personae, de cujus Translatione agitur. Sicut enim spirituale conjugium, vel quasi, in modum carnalis, per mutuum consensum cum nova Ecclesia contrahitur, ut loquitur textus in cap. cum inter 21. de Elect. ita sine mutuo consensu matrimonium cum antiqua contractum Ecclesia distrahitur nequit arg. l. nihil 35. ff. de R. J. & cap. omnis rei 1. X. eod. juncto cap. quàmvis 14. in 8. alium locò ejus (nisi recusante eo) nulla sine ratio ordinari VII. q. 1. 48. Num Episcopus invitus & nolens ab una Ecclesia possit ad aliam auctoritate Pontificia transferri? Multam & longam velitationem apud Fagnanum cit. l. à num. 14. Reiffentuel h. t. à n. 20. faciunt DD. in tres classes separata. Prima est eorum, qui negant absolute. Altera eorum, qui absolute affirmant. Tertia eorum, qui distinguunt, an causa necessitatis vel utilitatis publicae transferendi subicit, vel non? 49. Cum ultimis signa conferre placet, ac cum P. König h. t. n. 6. P. Schmalzgrueber ibid. n. 6. concludere, quòd, nisi causa necessitatis vel utilitatis publicae succurrat, nequeat S. Ponti-

fex nedum Episcopum, sed & alium ex Praelatis inferioribus transferre. Ratio ex tract. de Jure Leg. cap. 1. §. 5. à n. 194. emutanda est: quia Summus Princeps, sive Saecularis, sive Ecclesiasticus sit, non accipit à DEO potestatem, jus tertio quantum sine rationabili causa adimendi. Sed Praelati Ecclesiarum, postquam legitime electi & confirmati sunt, habent jus quantum ex cap. 1. n. 481. & n. 520. Ergo &c. Quòd si casus necessitatis vel utilitatis publicae eveniat, tunc, sicut jus tertio quantum auferri potest: quia privata utilitas cedere publicae, & factura particularis conservationi Reipublicae inservire debet; ita & Ecclesiarum Praelati jus suum dimittere, & Ecclesiarum emolumentum commune singulari commodo preferre tenentur. In specie potest Episcopus contra voluntatem suam transferri, quando populi malitia est tanta, ut, si nullus culpa videatur reus, non amplius eidem obtemperare velit: publicè siquidem interest, ut evitentur scandala, & Episcopus ad alium Episcopatum, in quo majorem utilitatem praestare valebit, promoveatur. Pignatell. tom. 4. consilii. 137. n. 20.

§. IV.

De Transitu à minori ad majorem dignitatem.

53. QUARTUM requisitum Translationis est, quòd debeat fieri transitus à minori ad majorem Ecclesiam per cap. cum ex illo 1. & cap. ult. h. t. Nam neque decorum est Statui Ecclesiastico, ut, qui major erat in dignitate, minoretur d. cap. cum ex illo &c. Neque translato honorificum, cujus nomen ex suspicionem avaritiae, quae principalis amore commodi temporalis quam boni spiritualis ad minorem Ecclesiam descendisse praesumitur, obsecratur. Panormit. in d. cap. ult. h. t. num. 16. 54. Neque fini Translationis est conforme, ut major utilitas, quae in Translatione ad dignitatem majorem operatur, per Translationem ad minorem impediatur. P. Krimer h. t. n. 2043. & seq. 55. Quae causa est, quòd, licet aliàs, cui plus concessum est, minus etiam concessum esse

conferatur cap. cui licet 53. de R. J. in 6. attamen in materia Translationis, qui licentiam est nactus, ad Ecclesiam majorem transeundum, ad parem vel minorem transire nequeat: quia major est convenientia in transitu ad majorem, quam ad minorem Ecclesiam; & idè concessio transitus ad minorem dignitatem non facilius fed difficilior est. Panormitan. d. l. n. 8. Schambogen h. t. n. 13. Ex hoc tamen inferri non velim, quòd ex speciali indulgentia Pontificis, concurrente legitima causa, fieri non possit transitus à majori ad minorem vel parem Ecclesiam: contrarium quippe saepius accidisse, cum hodierna experientia testantur textus in cap. pastorali 42. VII. q. 1. cap. ad supplicationem 9. de Renuntiati. P. Reiffentuel ad h. t. n. 8. P. Krimer ibid. num. 2051.

SECTIO III.

De Effectu Translationis.

SUMMARIA.

58. & seq. Recensentur effectus generales Translationis. 61. An agitur effectus specialis Translationis Episcopalis. 62. Dignitates Praelatorum inferiorum incipiunt vacare post adeptam

possessionem pacificam. 63. Item & beneficia Episcoporum, quae prater Episcopatum habent. 64. & seq. Iste tamen Episcopatus mox vacat à die concessa Translationis. 68. Suppositio, quod Episco-

Episcopus non transferatur in vicium. 69. & seq. Textus illorum, qui nihil Episcopo de redditibus prioris Episcopatus permittunt. 71. & seq. Fiu-

damentum contrarium. 73. Insistitur huic quoad fructus perceptos. 74. & seq. Cum solutione exco-mpofitarum. 76. Non item quoad pendentes.

§. I.

Recensentur summariter effectus Translationis.

Effectus Translationis alius est generalis, alius specialis. Generalis est triplex. Primus, quod translatus amittat priorem dignitatem unam cum prerogativis, emolumentis, jurisdictione, & administratione. Secundus, quod in nova dignitate acquirat ex adverso prerogativas, emolumenta, jurisdictionem, & administrationem, illi connexionam. Tertius, quod una cum Ecclesia priore omnia antecedenter habita beneficia a die vacaturae (de qua statim) fiant reservata Pontifici, si Translatio auctoritate Pontificia peragatur Extra vag. Ad regimen de Prebend.

inter communi. Concord. Germ. §. placet. Secus, si auctoritate alterius fiat Translatio; & ideo beneficia illorum, qui auctoritate Celsissimi & Clementissimi nostri Principis & Archiepiscopi Salisburgensis ad unum ex 4. Episcopatus promoventur, non fiunt reservata. P. Engel ad tit. de Prebend. sub n. 16.

Effectus specialis, solique Episcoporum Translationi proprius est, quod matrimonium spirituale cum Ecclesia a qua solvatur; & cum Ecclesia ad quam de novo contrahatur cap. bona 4. in fin. de Postulat. in verb. a vinculo, quo tenebatur, absolventis &c.

§. II.

Quandonom Ecclesia prior, a qua fit Translatio, censetur vacare?

Distinguendum esse iudico inter Episcoporum & aliorum Translationem. Quando enim Praelati, minores Episcopi, transferuntur, eorum dignitates ante non vacant, quam pacificam possessionem in Ecclesia ad quam fuerint adepti. Magnif. P. König h. t. num. 12. Textus varii in cap. si quis Episcopus 5. & cap. si quis Episcopi 6. Dist. 92. cap. cum incunctis 7. §. cum vero de Elect. cap. licet Episcopus 28. de Prebend. in 6. Idemque dicendum esse de beneficiis, quae habuerunt Episcopi, praeter Episcopatum, a quo translati sunt, ex paritate rationis concludit idem König cit. n. 12. Et rectè: nam & textus, in n. priore citati, sua generalitate non tantum aliorum Praelatorum, sed etiam Episcoporum beneficia complectuntur. Hucque propendit Rota Rom. in una Plorensi Canonice. in rec. p. 1. dec. 475. n. 18. & seqq.

Quando autem Episcopi transferuntur ad novum Episcopatum, prior Episcopatus ab eo mox tempore incipit vacare, quod Translatio in Curia Romana comprobata fuerit, sive possessionem posterioris Episcopatus acceperint, sive non. Ita communissima hodie sententia docet cum Abbate consil. 101. n. 3. & 4. Barbosa J. E. V. lib. 1. cap. 19. num. 37. Fagnano in cap. quanto h. t. n. 99. Engel h. t. n. 5. König ibid. n. 11. Wiertner ibid. num. 13. Krimer ibid. n. 2050. Reiffenstuel ibid. a num. 35. contra Glossam in cap. si quis jam translatus 3. XXI. q. 2.

Favèrque tam expressa decisio Rotae, in n. 63. citata a n. 5. per tot. tum declaratio S. Congregationis Concilii, quam assert Pignatelli. to. 1. consil. 81. n. 3. in huius verbis: die 2. Septembris. 1617. in una Messanen. S. Congregatio ad 2. respondit, vacare Sedem Episcopalem ab eo tempore, quo in Consistorio per Papam, a Vinculo Ecclesiae Messanen. & ad Auriensem translatus absolventur; & alia, quam refert ibid. Pignat. n. 4. sequentis tenoris: die 18. Junii

1622. in una Albaraxiens. S. Congregatio Concilii, pensata decisione Rotae, consuit, ob translationem, praedictam, a Sanctissimo D. N. de consensu Episcopi factam, Ecclesiam Albaraxiensem vacasse, etiam antequam translatus posterioris Ecclesiae possessionem adipisceretur.

Ratio convincens est: quia ex eo tempore, quo aliquis desinit esse Episcopus, incipit Episcopatus vacare. Atqui jam a tempore, quo Translatio a Superiore comprobata fuit, desinit translatus esse Episcopus prioris Ecclesiae per cap. si quis jam cit. XXI. q. 2. ubi dicitur, quod talis Episcopus nil habeat commune cum priore Ecclesia; cap. in apibus 41. §. ecce VII. q. 3. ubi Episcopus translatus equiparatur mortuo cap. bona 4. in fin. de Postulat. ubi a puncto concessi transitus dicuntur Episcopi a vinculo prioris Ecclesiae absoluti. Ergo &c. Confirmatur. Ab illo tempore vacat antiqua Ecclesia, quod matrimonium ratificatur cum Ecclesia nova: ne enim duplex matrimonium eodem tempore contrahi dicatur, necesse est, Ecclesiam antiquam, per solutionem matrimonii, jam esse vacantem, quando cum Ecclesia nova matrimonium firratum. Sed matrimonium cum Ecclesia nova ratum efficitur a tempore admittae Translationis: quia tunc utriusque, Episcopi & Ecclesiae, consensus de presenti concurrat. Ergo &c.

Haec tamen intelligenda veniunt de ordinaria Translatione, quae aliquis sciens volens transferretur. Si enim quis extraordinarie, dum absens & ignorans est, transferretur, certum existimarem, quod Ecclesia non statim a momento decretæ a Superiore Translationis, sed a transferendo acceptatae, vacet: quippe cum matrimonium spirituale nec sine consensu Episcopi initietur, nec sine dissentiu finiat. Abbas cit. consil. 101. n. 4. Fagnanus ad cit. cap. quanto n. 96. & seqq. Reiffenstuel ad h. t. n. 41.

§. III.

§. III.

An Episcopo Translato nihil remaneat de redditibus prioris Episcopatus?

Videri posset, quod non. Ratio est: quia Episcopus translatus quoad Ecclesiam, seu Episcopatum anteriorem habetur pro mortuo 4. cap. in apibus 41. §. ecce VII. q. 1. Sed redditus Episcopi demortui debent penes Ecclesiam viduatum remanere juxta cap. quorundam 1. de Testam. cap. quia saepe 40. de Elect. in 6. Junctò cap. investigandum 1. cap. ut uniusquisque 3. de Pecul. Cler. Accedit, quod in cap. statutum un. XVIII. q. 1. decernatur, ut Episcopus ad altare, ad quod sanctificatur, & circumlatur, secundum Sacros Canones, quod acquirere poterit, restituat. Itaque tenent multi Auctores, quos citat Barbosa de Off. & pot. Episcop. p. 3. alleg. 114. n. 16. & Reiffenstuel ad h. t. n. 44.

Ex adverso latere stant Cardinalis Tuschus cit. T. consil. 364. n. 10. Calderinus, quos adducit, & sequitur Reiffenstuel cit. l. num. 47. asserentes, redditus & fructus, jam perceptos, remanere Episcopo Translato. Ratio est: quia, quod aliquis jam actu acquisivit, id sine culpa & causa non amittit. Atqui Episcopus fructus & redditus, jam perceptos, actu acquisivit per cap. cum secundum 16. de Prebend. cap. ult. de his qua sunt a majori parte &c. cap. un. de 3. Cleric. non resid. in 6. Ergo &c.

Confirmatur: quia non tantum Episcopi, sed quilibet Clerici, licet fundorum & rerum, ad Ecclesiae suas pertinentium, non sint domini sed usufructuarii: at tamen, sicut usufructuarius fructus perceptos facit suos §. si vero 36. Inf. de R. D. l.

si fructuarium 13. ff. quibus mod. usufructus amitt. sic etiam fructus, ex fundis Ecclesiae perceptos, facient suos; nec poterunt, absque injuria, illis privari.

Hæc sententia posterior solidior esse videtur, ac Rotæ Romanæ probata, veluti constat ex rec. cit. p. 1. dec. 240. per tot. præsertim in n. 7. ubi etiam allegatur duplex alia decisio, una de Translat. Ep. in antiq. & altera in una Burgen. expens. p. 1. diversif. Cui non obstant textus, in n. 69. citati: utpote cum Episcopus translatus sit mortuus quoad priorem Ecclesiam non absolute, sed respectivè tantum, puta quoad jus, quod in ipsa Ecclesia & Ecclesiae bonis habebat; non verò quoad fructus & redditus, quos ab Ecclesia jam percepit. Nec obstat textus in num. 70. ex cap. statutum: hic 75 namque loquitur de Religioso, in Episcopum evedto, qui propter veterem paupertatis, quod ex veriore sententia non censetur esse absolutus, ea, quæ acquirat tanquam Episcopus, non sibi, non suo Monasterio, sed Episcopatu acquirat: quod verum est in Episcopis Sæcularibus, qui, quod jus temporalium capaces sint, non Ecclesie sed sibi acquirunt.

Quid de fructibus pendentiis decidentibus sit: an successori ex integro reservari, an inter ipsum & translatum dividi debeant? Alii vice deducetur. Interim pro succedere, quod ipsi debeant reservari, itetit Rota, in n. 73. allegata.

CAPUT IV.

De Nominatione.

Quartus Modus acquirendi Prælaturas Ecclesiasticas est *Nominatio*; quæ equidem rarior est in Germania, quam in aliis Regnis, specialem nihilominus dispositionem meretur.

SECTIO I.

De Natura & Titulis Nominationis.

SUMMARIUM.

- 1. Nominationis nomen itaque ad n. 4. inclusivè explicatur. 5. Definitio. 6. Est assumptio personarum. 7. Ad Prælaturam Ecclesiasticam viduata. 8. Ad Superiorem. 9. Non Collegialiter dicitur. 10. Jus nominandi potest acquiri ex privilegio. 11. & seqq. Exemplificatur. 14. & seq. Item ex jure patronatus. 16. Item ex prescriptione.

§. I.

De Vocabulo Nominationis.

Nominatio nomen suum à nominando, seu demonstrando personam adeptam, quandoque tam effusè accipitur, ut etiam Electionem & Postulationem comprehendat ex dictis in cap. 1. n. 4. & textu in cap. cum olim 12. de Sentent. & re judic. Tamburinus de J. A. P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. I. Ccc 11.

10. I. *diff. 7. q. 1. n. 1.* qui enim eligit aut postulat, nominat quoque personam electam aut postulatam. Quandoque accipitur strictè pro illa consultatione, quâ Capitulum antecederet ad Electionem nominat unam vel plures personas, quæ cæteris habiliores ad Prælatum videntur, de qua consultatione actum in *edd. cap. 1. à num. 222.* Tamburinus *cit. q. n. 2.*

11. Quandoque adhuc strictius accipitur pro præsentatione, quam facit Patronus, unam personam, si Ecclesiasticus; vel plures, si Laicus

fit, ad beneficium vacans, quodcumque demum sit, simplex, vel curatum, nominandò, de quo in *cit. cap. 1. n. 9.* & Interpretes ad Lib. III. *Decretal. tit. de Instit. & Jure Patronatus.* Leuren. in *foro benef. part. 2. cap. præamb. q. 10. n. 2.* Quandoque demum strictissime accipitur Nominatio, & solum designationem personæ ad Prælatum Ecclesiasticam, viduatam comprehendit. Tamburinus *d. n. 2.* Et, cum ea acceptio proposito faveat, in illius sensu.

§. II.

Definitio Nominatiōis.

12. Definitur Nominatio, quod sit assumptio personarum ad Prælatum Ecclesiæ viduatæ ad Superiorem non-collegialiter directæ.

13. Dixi I. *assumptio personarum.* In quibus nominibus partim convenientiam Nominatiōis cum aliis acquirendi modis subjeci, juxta *cap. 1. n. 3.* partim & disconvenientiam adumbravi, dum per reliquos modos una duntaxat persona; per Nominatiōem verò quandoque etiam plures possunt designari, non quidem ut plures in Dignitate simul constituantur, sed illa ex illis, quæ Superiori magis placuerit, assumatur. Tamburinus *d. q. 1. num. 2.*

14. Dixi II. *ad Prælatum Ecclesiæ viduatæ.* Ut Nominatiōem à præsentatione ad beneficia

minora distinguerem, utpote cum quibus nullum in præsentatiōe commercium, sed tota tractatio cum Prælatibus Ecclesiasticis occupata est.

15. Dixi III. *ad Superiorem.* Nominatio etenim, sicut præsentatio Patroni, ad Superiorem dirigatur, necesse est, ut ab eo cognoscatur, examinetur, admittatur; sicuti docetur in *scilicet.*

16. Dixi IV. *non-collegialiter directæ.* Quare Nominatio substantialiter ab Electione & Postulatione discriminatur: quia Electio & Postulatio sunt ab Universitate quâ tali collegialiter *cap. 1. n. 13.* & *cap. 2. n. 8.* Nominatio autem fit à persona individuali & singulari, aut saltem ab Universitate, privatorum instar consideratâ.

§. III.

Assignantur Tituli, ex quibus jus nominandi acquiritur.

17. Jus nominandi acquiritur I. ex speciali indulto & privilegio Summi Pontificis. Tale privilegium habent I. Reges Galliæ, qui post multas altercationes, & concertationes, & deliberationes, quibus antehac provium erat Prælatibus Gallicanis, tandem annò 1515. vel (ut scribunt alii) annò 1516. ex Concordatis, inter Leonem X. Pontificem, & Franciscum I. Bononiæ conclusis, jus acceperunt, personas idoneas ad omnes Episcopatus, nec non Abbatis perpetuas (paucis exceptis, quarum meminit Tamburinus *d. diff. 7. q. 1. n. 3. & seqq.*) in Regno Galliæ, Delphinatu, & Comitatu Diensi ac Valentiniensi, vacantes, nominandi, reservatâ Pontifici facultate, nominationes, à Regibus factas, confirmandi. Eminentiss. Card. Cœlestinus Sfondrati *Regal. Sacerd. in præd. §. 1. lib. n. 13. pag. 105.* Lotter de *Rebenef. q. 15. n. 3. 1. Pax Jord. l. 10. tit. 2. n. 67.*

18. Tale privilegium II. habere Reges Hispaniæ, quod nempe plerosque Regnorum suorum Antecessores ad Ecclesias Cathedralis nominare, & Summo Pontifici confirmandos præsentare valeant, attestantur Covarruv. *ad cap. possessio. part. 2. §. 10. n. 5.* & Barboza de *Off. & pot. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 3. à n. 27.* Lotter *d. l. n. 32.*

19. Tale privilegium habuisse III. Romano-

20. *22. & cap. seq. Dist. 63.* & dictum est in *cap. 1. à n. 48. & 670.* idque sæpius & diversimodè ab illis usurpatum fuisse, usque dum in Concilio Generali Lateranensi, atque etiam in Comitibus Wormatiensibus sub annum 1122. ab Henrico IV. cum Statuum Imperii assensu Electiones Episcopales in plenissimam libertatem asserat, & ab omni Cæsareo consensu exemptæ sunt, salvâ tamen Feudorum & Regalium investiturâ, per seipsum faciendâ, docet *cit. Cardin. Sfondrati d. loc. pag. 104. & seq.*

21. Quod ipsum etiam affirmat Henricus Linckius in *Comment. ad Decretalis Lib. I. tit. VI. de Elect. §. 4.* quem reliqui Publicistæ & Scriptores A Catholicis, non tamen sine auleo in Pontificem, sequuntur. Contra quos repetantur dicta in *cap. 1. à n. 630.*

22. II. acquiritur jus nominandi ex jure patronatus. Quando enim Ecclesia Collegiata, Conventualis, aut Cathedralis, ab aliquo fundata, extructa, aut dotata est, potest ab eo jus patronatus, seu jus præsentandi & nominandi Prælatum, accedente saltem Ordinarii consensu, reservari, prout colligitur ex *cap. nobis fuit 25. §. nisi aliter de sua jurisdictione obtineat de Jure Patronatus.* & tenet Gonzalez *ad cap. sacrosancta 51. de Elect. n. 10.* quem in *tratt. de Præscript. cap. 4. n. 469.* retulimus. Tenent quoque Covarruv. *cit. §. 10. n. 5.* Barboza *cit.*

iii.

23. *tit. 1. cap. 3. n. 33. & seqq.* Tamburinus *cit. diff. 7. q. 5. n. 1. & seqq.*

24. Dixi: *accedente saltem Ordinarii consensu.* Nam Card. de Luca, quantumvis de Jure Patron. *Disc. 15. sub n. 6. disc. 20. n. 16. disc. 68. n. 8. & seqq.* admittat, in limine fundatiōis à Patrono reservari posse conditiones, etiam Juri communi refragantes, solius Ordinarii consensu præhabito per textum in *cap. præced. 23. de Jure Patron. cap. quanto 16. de Censib. cap. verum 4. de Condir. appoi. attamen in eod. l. disc.*

25. *§. n. 14.* consensum apostolicum efflagitat; patrocinante eidem Rota Rom. in *rec. p. 5. decis. 593. n. 6. & seqq.*

26. III. acquiritur ex præscriptione temporis immemorialis, veluti deducitur ex Trident. Concil. *sess. 25. de reformat. cap. 9.* & resolutione Rotæ in *rec. p. 7. dec. 29. à n. 9.* ac cum Covarruv. *cit. §. 10. num. 4.* tradunt Barboza *cap. 3. num. 28. & 33.* & Tamburinus *cit. q. 5. à n. 5.* Rememorentur dicta de *Præscript. cit. l. à n. 467.*

SECTIO II.

De Conditionibus, in Nominatiōe servandis.

SUMMARI A.

17. Nominanda est persona idonea. 18. & seq. Et Graduatâ, si Reges Gallia nominent Episcopum. 20. Imo etiam, si alii Reges nominent. 21. Alia qualitates in Abbatibus desiderantur. 22. In Nominatiōe dignior est præferendus. 23. Debet Nominatus præsentari Superiori. 24. & seq.

25. Et quidem Pontifici. 26. Reges Gallia intra sex menses. 27. Si Nominatio repudietur, intra alios tres menses, præsentare debent. 28. Reges Hispania certum non habent tempus. 29. Reliqui Principes habent tempus quadrimestre.

§. I.

Qualis persona sit nominanda?

17. UT Nominatio legitime fiat, nonnullæ conditiones observandæ sunt, quarum prima est, ut nominetur persona idonea. Censetur autem persona idonea I. si non tantum vitis, quibus eligendum carere debere in *cap. 1. scilicet. §. 4.* latè disertum est, destituta, sed etiam qualitatibus virtuosis, quas in eligendo *cit. scilicet. §. 1. 2. & 3.* exegimus, exornata sit.

18. II. ex specialibus Regum Gallia Concordatis per Franciscum I. cum Leone X. erclis, oportet personam, ad Ecclesias Cathedralis nominandam, esse virum gravem, Magistrum seu Licentiatum in Theologia, aut in utroque Jure, seu in alterutro Jurium Doctorem aut Licentiatum, in Universitate famosa, & cum rigore examinatus, & in 27. sua etatis anno ad minus constitutum. Pax Jord. *d. l. Leuren. in foro benef. p. 2. cap. præamb. q. 10. n. 4.* Exceptis consanguineis

19. Regis, ac personis sublimibus, nec non Religiosis ex Ordine Mendicantium reformatis, eminentis scientiæ & excellentis doctrinæ, ex Regula sui Ordinis Graduum Academicorum incapacibus, in quibus ex causa rationabili & legitima, in Nominatiōe & literis Apostolicis exprimens, circa Gradum fieri potest relatiō. Leuren. *d. n. 4.* Similes ferè personas à Rege Catholico, aliisque Regibus & Principibus esse nominandas, deducitur ex Concil. Trid. *sess. 22. de reformat. cap. 2.* ubi præscribitur, ut, quicumque post hæc ad Ecclesias Cathed-

20. drales erit assumendus, præter ceteras qualitates scientiæ ejusmodi polleat, ut muneri sibi iungendâ necessitati possit satis acere. Ideoque antea in Universitate Studiorum Magister, sive Doctor in S. Theologia vel Jure Canonico merito sit promotus, aut publico alicujus Academia testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur.

21. III. in nominandis ad Abbatis vel Prioratus Regulares singulariter desiderari, ut sint Religiosi; eundem Ordinem, cuius est Prælatum, professi; ac in ætate 22. annorum constituti, refert ex Concordatis Gallicis Tamburinus. *cit. tom. 1. diff. 7. q. 3. n. 1.* Pax Jord. *d. l.*

22. Utrum in Nominatiōe dignior digno præferri debeat? Articulum eò certiore credo, quò generalius & clarius Tridentina Synodus *sess. 24. de reformat. cap. 1. omnes & singulos, qui ad promotionem præfectorum quodcumque jus quacumque ratione à Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, hortatur & monet, ut inprimis meminerint, nihil se ad DEI gloriam & populum salutem militis posse facere, quam si bonos Pastores & Ecclesiæ gubernandos idoneos, promovere studeant; eoque alienis peccatis communicatis mortaliter peccare, nisi, quos digniores & Ecclesiæ magis utilis ipsi judicaverint, non quidem precibus vel humano affectu aut ambulationibus suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint.* Relegantur scripta in *cap. 1. à n. 270.* ubi plura de Electione dignioris habentur.

§. II.

Cui persona nominata sit præsentanda?

23. AD conditiones, in Nominatiōe proponit. Et, spectatò antiquiori jure, sicut electorum, sic nominatorum Episcoporum præsentatio pro Confirmatione

24. firmatione proponit. Et, spectatò antiquiori jure, sicut electorum, sic nominatorum Episcoporum præsentatio pro Confirmatione faciendâ.